

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitruvii ... De architectura libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Cap. V

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128539)

Septentrionē & orientem, eaq; paludes excelsiores fuerint quā litus ma-
 rinum, ratione uidebuntur esse constituta. Fossis enim ductis, sit aque exi-
 tus ad litus, & ex mari tempestatibus aucto, in paludes redundantia mo-
 tionibus concitatur, amarisq; mixtionibus, non patitur bestiarum palu-
 strium genera ibi nasci, quæq; de superioribus locis natando proxime li-
 tus perueniunt, inconsueta salitudine necantur. Exemplar autem huius
 rei, gallicæ paludes possunt esse, quæ circū Altinum, Rauennam, Aquile-
 giam, aliq; quæ in eiusmodi locis municipia sunt proxima paludibus: *Altinum. Rauenna.*
 quod his rationibus habent incredibilem salubritatem. Quibus autem *Aquilegia*
 insidentes sunt paludes, & non habent exitus profluentes, neq; per flumi-
 na, neq; per fossas, uti pontinæ, stando putrescunt, & humores graues et
 pestilentes in his locis emittunt. Item in Apulia oppidum Salapia uetus, *Salapia.*
 quod Diomedes ab Troia rediens constituit, siue (quemadmodum non
 nulli scripserunt) Elphas Rhodius, in eiusmodi locis fuerat collocatum, *Diomedes*
 ex quo incolæ quotannis egrotando laborantes, aliquando peruenerunt
 ad M. Hostilium, ab eoq; publicè petentes impetrauerunt uti his idoneum *M. Hosti-*
 locum ad mœnia transferenda conquiret, eligeretq;. Tunc is moratus *lius.*
 non est, sed statim rationibus doctissime quaesitis, secundum mare merca-
 tus est possessionem loco salubri, ab Senatuq; populoq; Romano petijt,
 ut liceret transferre oppidum, constituitq; mœnia, & arcas diuisit, num-
 moq; sextertio singulis municipibus mancipio dedit. His confectis lacum
 aperuit in mare, & portum è lacu municipio perfecit. Itaq; nūc Salapini
 quatuor milibus passibus progressi ab oppido uetere, habitant in salubri
 loco.



DE FVNDAMENTIS MVRORVM
 & turrium. CAP. V.

CVM ergo his rationibus erit salubritatis in mœnium collocandō-
 rum explicatio, regionesq; electæ fuerint fructibus ad alendam ci-
 uitatem copiosæ, & uiarum munitiones, aut oportunitates fluminum, seu
 per portus marinæ subuectiones habuerint ad mœnia comportationes
 expeditas, tunc turrium murorumq; fundamenta sic sunt faciendā, uti fo-
 dianur (si queant inueniri) ad solidum, & in solido (quantum ex ampli-
 tudine operis pro ratione uideatur) crassitudine ampliore quā parie-
 tum qui

C tum qui

tum qui supra terram sunt futuri, & ea impleantur quam solidissima
 Etura. Item turres sunt proijciendæ in exteriorem partem, uti cum
 murũ hostis impetu uelut appropinquare, à turribus dextra ac sinistra
 teribus apertis, telis uulneretur. Curandumq; maxime uidetur, ut na-
 cilis sit aditus ad oppugnandum murum, sed ita circumdandum ad
 precipitia, & excogitandum, uti portarum itinera non sint directa
 & cõuã. Namq; cum ita factum fuerit, tunc dextrum latus accedentis
 quod scuto non erit tectum, proximum erit muro. Collocanda autem
 pida sunt, non quadrata, nec procurrentibus angulis, sed circuitiora
 uti hostis ex pluribus locis conspiciatur. In quibus enim anguli pro-
 rũ, difficiliter defenditur, quòd angulus magis hostem tuetur quam

MOENIVM ATQVE TVRRIVM
 murosũ figura.





Crasia

Crass
 supra ob
 dum in ci
 instruan
 talcis col
 pestas, n
 in aqua c
 in muro,
 erunt fac
 turrium
 uti si qua
 pionibus
 tra, inter
 erunt tu
 neq; ea f
 pugnabi
 liquas p
 tare. Te
 machina
 rotunda
 possunt
 tutores
 eis uale
 si quibus
 oppugn
 dimibus
 primen
 ut opus
 fundam
 est, ita u
 dum sup

Craſitudinem autem muri ita faciendam cenſeo, uti armati homines, ſupra obuiam uenientes alius alium, ſine impeditione præterire poſſint, dum in craſitudine perpetua talæ oleagineæ uſtilatæ quàm creberrime inſtruantur, uti utræq; muri frontes inter ſe (quemadmodum fibulis) his talcis colligatæ, æternam habeant firmitatem. Namq; ei materiæ, nec tempeſtas, nec caries, nec ueuſtas poteſt nocere, ſed ea et in terra obruta, et in aqua collocata, permanet ſine niſiſ utilis ſempiterno. Itaq; nõ ſolum in muro, ſed etiam in ſubſtructionibus, quiq; parietes murali craſitudine erunt faciendi, hac ratione religati, non cito uitabuntur. Interualla autem turrium ita ſunt faciendæ: ut nõ longius ſit alia ab alia, ſagittæ emiſſione, uti ſi qua oppugnetur, tum à turribus quæ erunt dextra ac ſiniſtra, ſcorpionibus, reliquisq; telorum miſſionibus, hoſtes reijciantur. Etiamq; contra, interior turrium diuidendus eſt murus, interuallis tam magnis, quàm erunt turres, ut itinera ſint interioribus partibus turrium contignata, neq; ea ferro fixa. Hoſtis enim ſiquam partem muri occupauerit, qui repugnabit, reſcendent, & ſi celeriter adminiſtrauerint, non patientur reliquas partes turrium muriq; hoſtem penetrare, niſi ſe uoluerit præcipitare. Turres itaq; rotundæ, aut polygoniæ ſunt faciendæ, quadratas enim Turres rotundæ, aut polygoniæ faciendæ. machine celerius diſſipant, quòd angulos arietes tundendo frangunt: in rotundationibus autem (uti cuneos) ad centrum adigendo, ledere non poſſunt. Item munitiones muri turriumq; aggeribus coniunctæ, maxime tutiores ſunt, quòd neq; arietes, neq; ſuſſoſiones, neq; machine ceteræ eis ualent nocere. Sed non in omnibus locis eſt aggeris ratio faciendæ, niſi quibus extra murum, ex alto loco, plano pede accèſſus fuerit ad moenia oppugnanda. Itaq; in cuiusmodi locis primum foſſæ ſunt faciendæ, latitudinibus & altitudinibus quàm amplisſimis, deinde fundamentum muri deprimendum eſt intra alueum foſſæ, & id extruendum eſt ea craſitudine, ut opus terrenum facile ſuſtineatur. Item interiore parte ſubſtructionis, fundamentum diſtans ab exteriori introrſus amplo ſpatio, conſtituendum eſt, ita uti cohortes poſſint, quemadmodum in acie, inſtructæ, ad defendendum ſupra latitudinem aggeris conſiſtere.

C. 2. Cum




Cum autem fundamenta ita distantia inter se fuerint constituta, inter ea alia transversa coniuncta exteriori & interiori fundamentis cūnatim disposita, quemadmodum ferræ dentes soluentes se collocantur.

FVND

Cum e
ta in pari
ne extrud
struatur a
cis, quas o
drata, su
dum. Nō
arena &
giones, se
tes, uti ex
uitio mir

FUNDAMENTI PECTINATIM FACTI
 ueluti ferræ dentes esse solent.



Cum enim sic erit factum, tunc ita oneris terreni magnitudo distribu-
 ta in paruas partes, neq; uniuersa pondere præmens, poterit ulla ratio-
 ne extrudere muri substructiones. De ipso autem muro è qua materia
 struatur aut perficiatur, ideo non est præfiniendum, quòd in omnibus lo-
 cis, quas optamus copias, eas non possumus habere. Sed ubi sunt saxa qua-
 drata, siue silex, siue cementū, aut coctus later, siue crudus, his erit uten-
 dum. Nō enim uti Babylone abundantes liquido bitumine, pro calce & Silix.
 arena & coctolatre factum habent murum, sic item possunt omnes re-
 giones, seu locorum proprietates, habere tantas eiusdem generis utilita-
 tes, uti ex his comparationibus, ad eternitatem, perfectus habeatur sine
 uitio murus.

C 3 DE crudus.